Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



quia ultus sum in eos.
Circumdantes circumdederunt me & in nomine dñi quia ultus sum in eos.
Circumdederunt me sicut apes & exarserunt sicut ignis in spinis & in nomine dñi ✠ quia ultus sum in eos.
Impulsus eversus sum ut caderem & dñs suscepit me.
Fortitudo mea & laus mea dñs & factus est michi in salutem.
Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.
Dextera dñi fecit uirtutem dextera dñi exaltauit me ✠ dextera dñi fecit uirtutem.
Non moriar sed uiuam & narrabo opera dñi.
Castigans castigauit me dñs & morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitie ingressus in eas confitebor dño hec porta dñi iusti intrabunt in ea.